



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Super Epistolam B. Pauli Apostoli Ad Ephesios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75090)

do crucifixus sum: nisi etiam præmitteret: *Mihimundus crucifixus est*, ut non tantummodo mortuum, sed etiam mundum sibi mortuum esse testaretur: quatenus nec ipse mundum, nec ipsum jam mundus appeteret. Si enim duo fortasse in uno sint, quorum unus vivus, alter verò sit mortuus, etsi mortuus vivum non videt, vivus tamen mortuum videt: si verò utroque sint mortui, alter alterum nequaquam videt. Ita qui jam mundum non amat, sed tamen ab illo, vel non volens amatur, etsi ipse velut mortuus mundum non videt, hunc tamen mundus adhuc non mortuus videt. Si verò nec ipse mundum in amore retinet, nec rursus à mundi amore retinetur, sibi vicissim utrique sunt extincti: quia dum alter non appetit quasi mortuus, mortuum non attendit. Quoniam igitur Paulus nec mundi gloriam quærebat, nec à mundi gloria ipse quærebat, & se mundo, & mundum sibi crucifixum esse gloriatur. Ut enim ostenderet, quia per abjectionem, qua se humiliando deiecerat, talis jam factus esset; ut nec ipse mundum, nec mundus ipsum concupisceret, non solum ait se mundo crucifixum, ut mundi gloriam, quam appeteret ipse, tanquam mortuus non videret, sed etiam sibi mundum asseruit crucifixum: in quo se tanta humilitate deiecerat, ut & ipse mundus tanquam mortuus, Paulum humilem atque despectum jam videre nequaquam posset.

Finis Expositionis super Epistolam ad Galatas.

INCIPIUNT CAPITVLA

DE EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD EPHESIOS.

- 1 Proposuit instaurare omnia in Christo.
- 2 Supra omnem principatum et potestatem.
- 3 Consedere nos fecit in celestibus.
- 4 Gratia estis salvati per fidem.
- 5 Ne desiciatis in tribulationibus meis.
- 6 Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis.
- 7 Solliciti servare unitatem spiritus.
- 8 Renovamini spiritu mentis vestrae.
- 9 Omnis amaritudo, et ira tollatur à vobis.
- 10 Non circumferamur omni vento doctrinae.
- 11 Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam.
- 12 Viridi diligite uxores vestras.
- 13 Omne quod arguitur, à lumine manifestatur.
- 14 Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.



INCIPIIT EXPOSITIO

SUPER EPISTOLAM B. PAULI APOSTOLI AD EPHESIOS.

CAPUT I.

Proposuit instaurare omnia in Christo.

Ephes. 1. 6

De restoratione Angelorum qui de caelo deciderunt. *In expof. B.*



ORTISSIMI Angelorum chori, qui quamvis non integri, sed tamen in proprio statu fixi, cadenti cum suis angelis diabolo, remanserunt, prærupti, & imminuti possunt dici: quia pars eorum cecidit, pars remansit. Qui integri quidem

stant per qualitatem meriti, sed per numeri quantitatē prærupti, & imminuti. Hanc præruptionem restituere Mediator venit, ut redempto humano genere, illa angelica damna sarciret, & mensuram caelestis patriæ locupletius fortasse cumulare. Propter hanc præruptionem de Patre dicitur: *Proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in caelis, & quæ in terra sunt, in ipso.* In ipso quippe restaurantur ea quæ in terra sunt, dum peccatores ad iustitiam convertuntur. In ipso restaurantur ea, quæ in caelis sunt, dum illuc homines humiliati redeunt, ubi apostata Angeli superbiendo ceciderunt.

CAPUT II.

Pater suscitavit Christum à mortuis, constituens ad dexteram suam in celestibus supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem. *Ephes. 1. 20*

Angelorum, & hominum naturam ad cognoscendum se Dominus condidit: quam dum ad aternitatem consistere voluit, eam proculdubio ad suam similitudinem creavit. Novem verò sunt ordines Angelorum, sed ut completeretur electorum numerus, homo decimus est creatus. Ipse quidem homo conditus ad imaginem Dei fuit, sed à similitudine sui Conditoris peccando recessit: qui tamen

nec post culpam periit, quoniam aeterna Dei sapientia in humanitate apparuit, & per carnem miraculis coruscans illum reparavit. Novem verò ordines Angelorum esse inveniuntur. Unde & ipsi Angelo, qui primus est conditus, per Prophetam dicitur: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore, in deliciis Paradisi Dei fuisti.* Ubi notandum quòd non ad similitudinem Dei factus, sed signaculum similitudinis dicitur: ut quò in eo subtilior est natura, eò in illo imago Dei subtilius insinuetur expressa. Quo in loco mox subditur: *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & jaspis, chrysolitus, onyx, & beryllus, saphirus, carbunculus, & smaragdus.* Ecce novem dixit nomina lapidum: quia profecto novem sunt ordines Angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus Angelus ideo ornatus & opertus extitit: quia dum cunctis agminibus Angelorum prælatus est, eorum comparatione clarior fuit. Sacro igitur testante eloquio, scimus Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim, & Seraphim. Esse namque Angelos, & Archangelos penè omnes eloquij sacrae paginæ testantur. Cherubim verò atque Seraphim saepe, ut notum est, libri Prophetarum loquuntur. Quatuor quoque ordinum nomina Paulus Apostolus in hac Epistola ad Ephesios enumerat, dicens: *Supra omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem.* De Thronis autem scribit ad Colossenses. Sciendum est autem quòd Angelorum vocabulum nomen est officij, non naturæ. Nam sancti illi caelestis patriæ spiritus semper quidem sunt spiritus, sed semper vocati Angeli nequaquam possunt: quia tunc solum sunt Angeli, cum per eos aliqua nunciantur. Græca enim lingua Angeli, nuncij, Archangeli verò summi nuncij vocantur. Hi enim, qui minima nunciant, Angeli: qui verò summa annunciant, Archangeli vocantur. Virtutes etenim vocantur illi nimirum spiritus, per quos signa & miracula frequentius fiunt. Potestates etiam vocantur ij, qui hoc potentius ceteris in suo ordine perceperunt: ut eorum ditioni virtutes adversæ subiectæ sint, quorum potestate refrænantur, ne corda hominum tantum tentare prævaleant, quantum volunt. Principatus etiam vocantur, qui ipsis quoque

S. GREGORII
FILIUS
Tom.

bonis Angelorum spiritibus præstant, qui subjectis aliis, dum ea, quæ sunt agenda, disponunt, eis ad explenda divina ministeria principantur. Dominationes autem vocantur, qui etiam potestates principatum alta dissimilitudine transcendunt. Nam principari, est inter reliquos priorem existere: dominari verò, est etiam subjectos quosque possidere. Ea igitur Angelorum agmina, quæ mira potentia præminent, pro eo quòd eis cetera ad obediendum subjecta sunt, Dominationes vocantur. Sic autem in illa summa civitate specialia quædam singulorum sunt, ut tamen sint communia omnium: & quod in se quisque ex parte habet, hoc in alio ordine totum possidet. Sed idcirco uno eodemque vocabulo communiter non censentur, ut ille ordo vocari privato uniuscujusque rei nomine debeat, qui hanc in munere plenius accipit. Seraphim namque incendium diximus: & tamen amore Conditoris simul omnes ardent. Cherubim verò plenitudo scientiæ, & tamen quis ibi aliquid nesciat, ubi ipsum omnes simul fontem scientiæ Deum vident? Throni illa agmina, quibus ad exercenda judicia Conditor præfidet, vocantur: sed beatus esse quis potest, nisi Creator suus ejus menti præfideat? Quæ ergo ex parte ab omnibus habentur, eis in privato nomine data sunt, qui hæc in munere plenius acceperunt. Nam etsi qua illic sic alij habent, ut haberi ab aliis nequaquam possint, sicut speciali nomine Dominationes, & Principatus vocantur, cuncta ibi sunt singulorum: quia per charitatem spiritus ab alio in aliis habentur. Sed quoniam illa superna civitas ex Angelis & hominibus constat, ad quam tantam credimus ascensuram multitudinem hominum, quanta electorum multitudo remansit Angelorum: superest, ut ipsi quoque homines, qui ad celestem patriam redeunt, ex eis agminibus aliquid illuc revertentes imitentur, ut in eorum sortem per conversationis similitudinem deputentur. Nam sunt perique qui parva capiunt, sed tamen hæc eadem parva pie fratribus annuunt non desistunt. Isti itaque in Angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli, qui divine largitatis munere referti, secretorum celestium summa & capere prævalent, & nunciare. Ubi ergo isti nisi inter Archangelorum numerum deputantur? Et sunt nonnulli, qui mira faciunt, signa valenter operantur. Quod ergo isti nisi ad supernarum virtutum sortem & numerum congruunt? Et sunt nonnulli, qui etiam ab obsessis corporibus malignos spiritus fugant, eoque virtute orationis, & vi acceptæ potestatis eji-ciant. Quod itaque isti meritum suum nisi inter potestatem celestium numerum sortiuntur? Et sunt nonnulli, qui acceptis virtutibus, etiam electorum hominum merita transcendunt. Cumque & bonis meliores sunt, electis quoque fratribus principantur. Ubi ergo isti sortem suam, nisi inter principatum numerum acceperunt? Et sunt nonnulli, qui sic in semetipsis cunctis vitiis omnibusque desideriis dominantur, ut ipsi jure munditiæ dij inter homines vocentur. Unde & ad Moysen dicitur: *Ecce constitui te Deum Pharaonis*. Quod ergo isti nisi inter numeros dominationum currunt? Sed hæc, fratres charissimi, me loquente, vos introitus ad vosmetipsos reducite, secretorum vestrorum merita cogitationesque discutite. Videte si quid jam boni vobiscum intus agitis, videte si in numero horum agminum, quæ breviter tangendo perstrinximus, sortem vestræ vocationis invenitis. Væ autem animæ, quæ in se de his bonis, quæ enumeravimus, minimè aliquid recognoscit. Eique adhuc væ deterius imminet, si & privatam se donis intelligit, & nequaquam gemit. Quisquis ergo talis est, fratres mei, gemen-dus est valde: quia non gemit. Pensemus igitur accepta electorum munera, & virtute qua possumus, ad amorem tantæ fortis anhelemus. Qui in se donorum gratiam minimè recognoscit, gemit: qui verò

A in se minora cognoscit majora aliis non invidet: quoniam & supernæ illæ distinctiones bonorum spirituum ita sunt conditæ, ut aliæ aliis sint præ-lata.

CAPUT III.

Confedere nos fecit in celestibus.

Ephes. 2. 6

Electi cum in hac vita ex humilitate se subster-nunt, alæ mentis judicio cuncta temporalia transeunt: cumque se indignos in omnibus æstimant, rectæ cogitationis examine, gloriam hujus mundi transcendentem calcant. Videant humilem Paulum discipulis dicentem: *Non enim nosmetipsos predicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum: nos autem servos vestros per Christum*. Videamus humilem in sublimi jam positum, & dicentem: *An nescitis, quia Angelos judicabimus?* Et iterum: *Nostra conversatio in calis est*. Et rursum: *Conversavit, & confedere nos fecit in celestibus*. Non vult Paulus mentem in ima dejicere, non vult per abjectionem humanæ conversationis, in infimis habitare. Tunc Paulus in carcere fortasse tenebatur, cum se confedere Christo in celestibus testatur: sed ibi erat, ubi ardentem jam mentem fixerat: non illic, ubi illum necessarid pigra adhuc caro retinebat. Fortasse tunc eum exterius catena religabat, mente tamen positus in sublimibus fuerat: quia per spei suæ certitudinem jam in celestibus sedebat. Sancti itaque viri foris despecti sunt, & velut indigni omnia tolerant, sed dignos se supernis sedibus confidentes, æternitatis gloriam cum certitudine expectant. Cum laborant foris adversitate persecutionis, admoniti recurrunt ad arcem mentis, & inde cuncta sub se ire despiciunt, inter quæ transire corporaliter etiam semetipsos cernunt: minas non metuunt, quoniam & tormenta patiendi contemnunt. Hinc enim per Salomonem dicitur: *Insuper quasi leo confidens, absque terrore erit*. Hinc ab eo iterum scriptum est: *Non est contristabit iustum, quidquid ei acciderit*. Quia enim recti quique in alto suæ intentionis vertice siti sunt, dum mortem moriendo non sentiunt, miro modo eos reproborum jacula & feriunt, & non contingunt; quoniam unde se in omnibus despiciunt, inde contra omnia securiores fiunt. Dominus noster multa adhuc per corpus, quod nos sumus, patitur, & jam corpus ejus, id est Ecclesia de suo capite, videlicet Domino in celo gloriatur. Si enim caput nostrum tormenta nostra non tangerent, nequaquam pro afflictis membris persecutori suo etiam de celo clamaret: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Si cruciatus nostri ejus pœnæ non essent, conversus afflictusque Paulus minimè diceret: *Suppleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea*. Et tamen resurrectione jam sui capitis exaltatus, dicit: *Qui nos conversavit, & confedere nos fecit in celestibus*. Nempe hunc in terra persecutionum tormenta constrinxerant, sed pœnarum suarum ponderibus pressus, ecce jam per gloriam capitis in celo sedebat. Compage igitur charitatis in omnibus unitum caput & corpus novimus, & credimus.

CAPUT IV.

Gratia estis salvati per fidem: & hoc non ex vobis.

Cum arrogantes aliquid boni faciunt, aut a semetipsis habere se æstimant, aut si sibi datum desuper credunt, pro suis se hoc accepisse meritis putant: a semetipso enim bonum se habere jactant, cui per Apostolum dicitur: *Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris*

De sublimi conversatione sanctorum. In expos. B. 1. Cor. 1. 6 c. 3. circa med.

2. Cor. 4. 1. Cor. 6. Phil. 3.

Prov. 28. Prov. 12.

In expos. B. 1. Cor. 13. c. 11. sub int.

ad. 9.

Coleff. 1.

De gratia Dei, & jactantia arrogantiū. In exp. B. 1. Cor. 13. c. 4. 1. Cor. 4. sub int.

quasi non acceperis? Rursus ne dari nobis bonum gratiæ pro nostris præcedentibus meritis credemus, idem Apostolus admonet, dicens: *Gratia estis salvati per fidem. & hoc non ex vobis, Dei enim donum est: non ex operibus, ut ne quis gloriatur. Qui etiam de semetipso ait: Qui prius sui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum. Quibus verbis apertè declarat quòd gratia non pro meritis tribuatur, dum ex seipso docuit, & quæ de malitia meruit, & quæ de benevolentia accepit.*

1. Tim. 1.

CAPUT V.

Peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis.

Ephes. 3. c.

HAbent veraces Magistri super discipulos suos viscera timoris ex virtute charitatis: hypocritæ verò tantò minùs commissis sibi metuunt, quandò nec sibi quòd timere debeant, deprehendunt. O quàm mollia viscera Paulus gestabat, quando circa suos filios tanto æstu amoris inhiabat, dicens: *Nos vivimus, si vos statis in Domino, & testis mihi est Dominus, quomodo cupiam vos omnes in visceribus lesu.* Thessalonicensibus quoque suum amorem indicans, dicit: *Nos autem fratres desolari à vobis ad tempus hora, aspectu, non corde, abundantius festinamus faciem vestram videre cum multo desiderio. Qui duris persecutionibus pressus, & tamen de filiorum salute sollicitus adjunxit: Misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Evangelio Christi, ad confortandos vos, & exhortandos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis: vos enim scitis quòd in hoc positi sumus.* Ephesius quoque ait: *Peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra.* Ecce in tribulatione positus, alios exhortatur; & in hoc, quòd sustinet, alios roborat. Non enim filiorum suorum fuerat oblitus, sed metuebat nimis ne ejus discipuli in prædicatore suo, tot persecutionum probra cernentes, fidem in eo despicerent, contra quam innumeræ passionum contumeliæ prævalerent. Et ideo minùs in tormentis dolebat, sed magis filiis de tormentorum suorum tentatione metuebat. Parvipendebat in se plagas corporis, dum formidaret in filiis plagas cordis. Ipse patiendo suscipiebat vulnera tormentorum, sed filios consolando curabat vulnera cordium. Pensamus ergo cujus charitatis fuerit inter dolores proprios aliis timuisse: pensemus cujus charitatis sit, filiorum salutem inter sua detrimenta requirere, & statum mentis in proximis etiam ex sua dejectione custodire.

De pietate magistroꝝ erga discipulos. In expos. B. Tob. l. 3. c. 7. multo ante med.

Phil. 4.

1. Thess. 2.

1. Thess. 3.

Ephes. 3.

CAPUT VI.

Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, &c.

Ephes. 3. d.

OMnipotentis Dei potentiam egregius nobis Doctor bene insinuat, cum breviter narrat: *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum.* Habet quippe Deus latitudinem: quia dilectionem suam usque ad collectionem persequentium tendit. Habet longitudinem: quia ad vitæ patriam nos longanimiter tolerando perducit. Habet sublimitatem: quia ipsorum quoque intelligentiam, qui recepti fuerint in supernam congregationem, transcendit. Habet profundum: quia damnatis inferiis, districtiois suæ judicium incomprehensibiliter exercet. Quæ scilicet quatuor nobis in hac vita positæ singulis exercet: quia & latitudinem amando, & longitudinem tolerando, & celsitudinem non solum nostram in-

De omnipotentia Dei. In expos. B. Tob. l. 20. c. 7. longe post med.

In expos. B. Tob. l. 20. c. 7. longe post med.

A intelligentiam, sed etiam vota superando, & profunditatem suam exhibet, oculos & illicitos cogitationum motus districtè judicando. Sed ejus celsitudo, & profunditas, quàm sit investigabilis, nullus agnoscit, nisi qui vel contemplatione ad summa provehit; vel occultis motibus resistens, tentationum cæperit importunitate turbari.

CAPUT VII.

Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.

Ephes. 4. a.

Discordes quantilibet virtutibus polleant, spirituales fieri nullatenus possunt, si per concordiam uniri proximis negligant. Scriptum quippe est: *Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax. Qui ergo servare pacem non curat, ferre fructus spiritus recusat.* Hinc Paulus ait: *Cum sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis?* Hinc iterum dicit: *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Hinc rursus admonet, dicens: *Solliciti servare unitatem spiritus, in vinculo pacis, unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestre.* Ad unam igitur vocationis spem nequaquam pertingitur, si non ad eam unita cum proximis mente curritur.

De pace servanda. Cura Paul. par. 3. c. 23. in prime. Gal. 5. 1. Cor. 3. Hebr. 12.

CAPUT VIII.

Renovamini spiritu mentis vestre.

Ephes. 4. f.

Nescit mens per torporem veterascere, quæ quotidianæ fervoris innovatione studet per desiderium semper inchoare. Hinc per Paulum dicitur: *Renovamini spiritu mentis vestre.* Hinc Psalmista, qui jam ad perfectionis culmen pervenerat, quasi inchoans dicebat: *Dixi, nunc cæpi:* quia videlicet si lassescere ab inchoatis bonis nolumus, valde necesse est ut inchoare nos quotidie credamus.

De quotidiana re-novatione. In expos. B. Tob. l. 22. c. 2. longe post med. Psal. 76.

CAPUT IX.

Omnis amaritudo, et ira tollatur à vobis.

Ephes. 4. d.

STudere debent patientes, ut diligant quos sibi necesse est tolerare: ne si patientiam dilectio non sequatur, in deteriore culam odij virtus ostensivertatur. Unde Paulus cum diceret: *Charitas patientis est*, illico adjunxit: *Benigna est*, videlicet ostendens, quia quos ex patientia tolerat, amare etiam ex benignitate non cessat. Unde idem Doctor egregius, cum patientiam discipulis suaderet, dicens: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis:* quasi cunctis exterius jam bene compositis ad interiora convertitur, dum subjungit: *Cum omni malitia:* quia nimirum frustra indignatio, clamor & blasphemia ab exterioribus tollitur, si in interioribus vitiorum mater malitia dominatur. Et incausum nequitia foris ex ramis inciditur, si surreptura multipliciùs in radice servatur. Virtus est coram hominibus adversarios tolerare, sed virtus coram Deo diligere. Impatientes scire debent quòd dum perturbationi suæ nequaquam obstitunt, etiam si qua à se tranquillitate mente fuerant bene gesta confundunt: & improvise impulsu destruant quidquid forsitan diu labore provido construxerunt. Ipsa namque quæ mater est omnium, cultosque virtutum, per impatientiæ vitium virtus charitatis amittitur. Scriptum quippe est: *Charitas patientis est.* Igitur cum minime patiens est, charitas non est, de qua idem Paulus ait: *Invicem opera vestra portate: & sic adimplebitis legem Christi.* Lex unitatis quippe Christi est charitas, quam soli perficiunt, qui nec, cum gravantur, excedunt.

De patientia cum amore. Cura Paul. par. 3. c. 10. circ. med. 1. Cor. 13. 16 idem. 1. Cor. 13. 16 idem.

Gal. 4.

CAPUT X.

CAPUT X.

Ephes. 4. *Non circumferamur omni vento doctrina.*

De re-
nda gravi-
tate.
In expof. B.
Iob. l. 20. c.
33. pof.
med.

Sicut minutiffimos lapides aqua fluvialis trahit: Sic Doctores perverforum dogmatum mentes hominum non fixas, fed mobiles, & nulla gravitatis ftabilitate folidatas trahunt: quas velut de loco femper ad locum flumina errorum ducunt. Unde pradicator egregius, cum auditores fuos non temporaliter duci, fed forti cuperet gravitate folidari, admonuit, dicens: *Vt non iam fimus parvuli fluctuantes: nec circumferamur omni vento doctrinae.*

CAPUT XI.

Ephes. 5. *Vt exhiberet sibi gloriofam Ecclefiam.*

De veris
& falſis
Chriftia-
nis.
In expof. B.
Iob. l. 20. c.
22. ſub init.

Sancta Eccleſia veſtimentum eſt Chriſti, Paulo atteſtante, qui dicit: *Vt exhiberet sibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam.* Neque enim per peccatum habet maculam, nec per duplicitatem rugam: quia & per juſtitiam eſt munda, & per ſimplicem intentionem tenſa. Quae ergo abluta eſt ne maculam habeat, & tenſa eſt ne habeat rugam, utique veſtis eſt. Quid vero per rugas, niſi duplicitas deſignatur? Ruge itaque ſunt ſancta Eccleſiae, omnes qui in ea dupliciter vivunt. Qui fidem vocibus clamant, operibus denegant: has autem rugas in electis ſuis Eccleſia ſancta non habet, quia videlicet neſciunt aliud de ſe foris oſtendere, & intus aliud habere. Unde ſicut ſupra dictum eſt, recte Pradicator egregius ait: *Vt exhiberet sibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam.* Maculam quippe, & rugam non habet, quae & turpitudine operis, & duplicitate ſermonis caret. Qui autem in ea duplicitate vivunt, hi nimirum pacis tempore, quia hujus mundi poteſtatibus fidem Chriſtianam honori eſſe conſpiciunt, ſe fideles eſſe mentiuntur: ſed cum ſanctam Eccleſiam ſubita adverſitatis procella turbaverit, & tempus perſecutionis exarſerit, illico oſtendunt quid perſida mente moliantur, & qui nunc metuentes derogant, ad contradicendum ante faciem veniunt: quia verbis verae fidei vocibus apertis obſiſtunt. Sciendum vero eſt, quia cum haec a carnalibus patimur, non tam ipſi ſunt, qui in noſtra morte ſerviunt quam malignus ſpiritus, qui mentibus eorum principatur, ſicut per Paulum dicitur: *Non eſt nobis colluſatio adverſus carnem, & ſanguinem, ſed adverſus Principes, & Poteflates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum.* Quid enim aliud ſunt omnes iniqui, quam membra diaboli? Ipſa itaque per eos agit, quidquid in eorum cordibus, ut agere debeant, immittit.

CAPUT XII.

Ephes. 5. *Viri diligite uxores veſtras, ſicut Chriſtus Eccleſiam.*

De dile-
ctione pa-
rentum.
Rom. 37. in
Evang. ſub
init.
Luc. 14.

Ad ſe venientibus Veritas dicit: *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Ecce diſcipulus uxorem diligendam pradicat, cum Magiſter dicat: *Qui uxorem non odit, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Nunquid aliud iudex nunciat, & aliud praeco clamat? An ſimul odiſſe poſſimus & diligere? Sed ſi vim praecipi perpendimus, utrumque agere per discretionem valemus: ut uxorem, & eos qui nobis cognatione carnis conjuncti ſunt, & quos proximos novimus, diligamus: & quos adverſarios in via Dei patimur, odiendo & fugiendo neſciamus. S. Greg. Tom. III.

A Quasi enim per odium diligitur, qui carnaliter sapiens dum prava nobis ingerit, non auditur. Noſtram etenim ſimiliter animam bene tunc odimus, cum ejus carnalibus deſideriis non acquieſcimus, cum ejus appetitum frangimus, ejus voluptatibus reluctamur. Quae ergo contempra ad melius ducitur, quaſi per odium amatur. Sic, ſic nimirum exhibere uxori, & proximis noſtris odij discretionem debemus, ut in eis & diligamus quod ſunt, & habeamus odio quod in Dei nobis itinere obſiſtunt. Certè cum Paulus Hieroſolymam pergeret, Propheeta Agabus zonam illius apprehendit, ſuiſque pedibus alligavit, dicens: *Virum cuius haec zona eſt, ſic alligabunt Iudaei in Hieruſalem.* Sed is, qui animam ſuam perfecte oderat, quid dicebat? *Ego non ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum pro nomine Domini Jeſu: nec facio animam meam pretioſiorem, quam me.* Ecce quomodo animam ſuam amando oderat, immo odiens amabat, quam cupiebat pro Jeſu morti tradere, ut hanc ad vitam ſuſcitaret de peccati morte. Ab hac ergo discretionem odij noſtri, trahamus formam ad odium uxoris, & proximi. Ametur quilibet in hoc mundo adverſarius, ſed in via Dei contrarius non ametur, aut conjux, vel quilibet proximus, & propinquus.

B *ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum pro nomine Domini Jeſu: nec facio animam meam pretioſiorem, quam me.* Ecce quomodo animam ſuam amando oderat, immo odiens amabat, quam cupiebat pro Jeſu morti tradere, ut hanc ad vitam ſuſcitaret de peccati morte. Ab hac ergo discretionem odij noſtri, trahamus formam ad odium uxoris, & proximi. Ametur quilibet in hoc mundo adverſarius, ſed in via Dei contrarius non ametur, aut conjux, vel quilibet proximus, & propinquus.

CAPUT XIII.

Omne, quod arguitur, à lumine manifeſtatur. Ephes. 5. c

Quantum
proſit divi-
na corre-
ptio.
In expof. B.
Iob. l. 6. c. 13
circ. ſin.

Prima virtus eſt, ne perpetrari debeant, ſed peccata vitari. Secunda vero ſaltem perpetrata corrigere. Sed plerumque culpas non ſolum imminentes minimè vitamus, verumetiam nec commiſſas agnoſcimus; & peccatoris mens tanto altius tenebreſcit, quanto nec damnum ſuae caecitatis intelligit. Unde ſit plerumque divini muneris largitate, ut culpam poenae ſubſequantur, & flagella delinquentis oculos aperiant, quos inter vitia ſecuritas caecabat. Torpens quippe animus percuffione tangitur, ut excitetur; ut qui ſtatum ſuae rectitudinis ſecurus perdidit, afflictiſſe conſideret quod jacet. Hinc itaque ipſa aſperitas correptionis origo fit luminis. Unde & per Paulum dicitur: *Omne, quod arguitur, à lumine manifeſtatur.* Argumentum enim ſalutis, eſt vis doloris. Hinc eſt enim, quod Salomon ait: *Curatio ceſſare faciet peccata maxima.* Hinc iterum dicit: *Quem diligit Dominus caſtigat: flagellat omnem filium, quem recipit.* Hinc Angelica voce ad Joannem Dominus loquitur, dicens: *Ego quos amo, arguo, & caſtigo.* Hinc Paulus ait: *Omnis diſciplina in praſenti quidem non videtur eſſe gaudij, ſed maeroris: poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddit juſticia.* Electus ergo quiſque hinc aſſiduis ſe gaudeat flagellis atteri, quatenus aeterna ſupplicia evadens, in iudicio valeat purgatus inveniri. Ipſo namque infirmitatis noſtrae pondere deorfum quotidie ducimur, niſi mira manu artificis per ſubvenientia flagella relevemur: ſed per hoc, quod peccator dolore flagellorum corripitur, & premitur, quandoque ad beatitudinem, quae ſine interventu doloris eſt, eruditur.

CAPUT XIV.

Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Ephes. 5. c

De reme-
dio poeni-
tentiae.
In expof. B.
Iob. l. 3. c. 29
longe poſ.
med.

Omnino tempore reprobi à vita ſua exordio uſque ad terminum iniquitatis perpetratoe, & in augmento malitiae perſeverant, & perverſam mentem nec in extremo tempore immutant. Quo contra bene Paulus admonet, dicens: *Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.* Tempus redimimus, quando

psal. 54.

anteactam vitam, quam lasciviendo perdidimus, A flendo reparamus. Quo contra de reprobis per Psalmistam dicitur: Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Dies quippe dimidiare, est tempus vite male in voluptatibus ductum, ad penitentiam lamenta dividere, & hoc ad usum bonum partiendo reparare. Sed iniqui dies suos non dimidiant, quia ut dictum est, perverfam mentem nec in extremo tempore immutant.

Finis expos. super Epist. ad Ephesos.

INCIPIUNT CAPITVLA

DE EPISTOLA B. PAULI Apostoli ad Philippenses.

- 1 Cupio dissolvi, & esse cum Christo.
- 2 Superiores sibi invicem arbitrantes.
- 3 Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est.
- 4 Semetipsum exinanivit.
- 5 Hebraus ex Hebrais, secundum legem Pharisaeus.
- 6 Ego me non arbitror apprehendisse.
- 7 Qua retro oblitus, in ea, qua sunt ante, extendo me.
- 8 Scio humiliari, scio et abundare.
- 9 Nostra conversatio in caelis est.
- 10 Qui reformabit corpus humilitatis nostrae.
- 11 Non quaro datum, sed requiro fructum.



INCIPIIT EXPOSITIO

SUPER EPISTOLAM B. PAULI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

CAPUT I.

Cupio dissolvi, et esse cum Christo.

Phil. 1. d

De vinculis nostrae mortalitatis. In exp. B. Job. 1. 4. c. 30 longe post med.



LECTI Dei duris molestiae vinculis in hac vita ligantur: quoniam adhuc corruptionis suae poenam deprimuntur. Esutire quippe, sitire, lassescere, vincula corruptionis sunt, sed cum corruptibili carne exuimur, quasi ab his, quibus nunc astringimur, molestiae vinculis relaxamur. Praesentari namque jam Deo cupimus, sed adhuc mortalis corporis obligatione praepedimur. Jure ergo vinciti dici debemus: quoniam adhuc incessum nostri desiderij ad Dominum liberum non habemus. Unde bene Paulus aeterna desiderans, sed tamen adhuc corruptionis suae sarcinam portans, vincitus clamat: Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Dissolvi enim non quareret, nisi se proculdubio vincitum videret. Haec vero vincula, quia certissimè rumpenda in resurrectione conspexerat, jam quasi rupta, Propheta gaudebat, cum diceret: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.

psal. 117.

CAPUT II.

Superiores sibi invicem arbitrantes.

Phil. 2. a

Quod humilitatis judicium. sit, & causa magnae bo-

HOc esse proprium specimen solet electorum, quod de semper sentiunt infra quam sunt. Hinc Salomon ad sapientiam parvulos vocat, dicens: Si quis est parvulus, veniat ad eam. Qui enim necdum

femetipsum despicit, humilem Dei sapientiam non apprehendit. Hinc Magister Gentium dicit: Falli in exp. B. sumus parvuli in medio vestrum. Hinc discipulos admonens, ait: Superiores sibi invicem arbitrantes. 7 longe post med. Nam quia unusquisque iniquus inferiorem se omnem, quem cogitat, putat, & diverso justus studet, ut superiorem quemlibet proximum attendat. Ac ne, dum se alij humiliat, iret alter in elationem, bene utramque partem admonet, dicens: Superiores sibi invicem arbitrantes, ut in cogitationibus cordis, & ego illum mihi praferam, & vicissim ille me sibi: ut cum ab utraque parte cor inferius premitur, nullus ex impenso honore sublevetur. Evenire autem electis solet, ut cum multarum gratia virtutum polleant, unum eos vel tenuissimum vitium valde fatigans pulset: quatenus dum ex quadam parte infirmari se considerant, de virtutibus his, in quibus praevalet, se minimè extollant: dumque de infirmitate trepidant, hoc quoque, ubi fortes sunt, humilius servant. Praeterea non omnes virtutes undantur, ne in superbiam elatus cadat: sed huic datur quod tibi non datur: & tibi datur quod illi denegatur: ut dum iste considerat bonum quod habes, & ipse non habet, te sibi in cogitatione praferat. Et rursum, dum tu habere illum conspicis quod ipse non habes, te illi in cogitatione tua postponas, & fiat quod praedictum est: Superiores sibi invicem arbitrantes. Mira quippe dispensatione omnipotens Deus, sic in electis suis sua dona disponit, ut & isti det quod illi denegat, & alteri majus, quod alteri minus tribuat: quatenus dum vel iste conspicit illum habere quod ipse non habet, vel ille hunc majus accepisse considerat, quod sibi minus adesse pensat, dona Dei alter in altero, id est, vicissim omnes admirentur: & ex hac admiratione alter alteri humilietur: & quem videt habere quod non habet, cum divino sibi judicio praetatum putet.

nitatis. Falli in exp. B. 1ob. 1. 34. c. 7 longe post med. Prov. 9. 1. Theff. 2.

Hom. 10. in Ecce post med.

Ibidem. multis in-terdictis.

Phil. 2. a

De divina & humana Christi naturae. In exp. B. 1ob. 1. 9. c. 1 in princ.

Matt. 5. Hom. 25. in Evang. 100. 8e post med.

1. Cor. 2. a

CAPUT III.

Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo.

DOMINUS noster Jesus in eo quoddam virtus, & Dei est, vel potius quia nec cepit, nec desit nasci, dicamus verius, semper natus. Non autem possumus dicere, semper nascitur, ne imperfectus esse videatur. At vero, ut aeternus valeat designari, & perfectus, semper dicamus, & natus. Natus ad perfectionem pertinet, & semper ad aeternitatem: ut quocumque modo illa essentia sine tempore, & temporali valeat designari sermone, quamvis hoc ipso quod perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expressione deviemus: quia quod factum non est, perfectum dici non potest. Et tamen infirmitatis nostrae verbis condescendens Dominus ait: Estote perfecti, sicut & Pater vester caelestis perfectus est. Dominus noster Jesus Christus natus ex Patre sine tempore, ex matre nasci dignatus est in tempore. Quem firmiter, & veraciter debemus credere Dei filium esse Patri coaeternum, & coaequalem aeternitate substantiae. Sed fortasse tacita quaestione pulsatur aliquis, quomodo filius Patri possit esse aequalis. Qua in re humana natura quod admirando non valeret comprehendere, restat, ut hoc sibi esse credibile, ex alia sciat admiratione: habet enim quod ad haec sibi respondeat sub brevitate. Constat namque quoniam ipse creavit matrem, in cuius utero virgineo crearetur ex humanitate. Quid ergo mirum, si aequalis est Patri, qui prior est matre? Paulo quoque attestante, didicimus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Qui ergo filium minorem putat, Patri

S. GREGORII
RUFINI
TOMI